



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Titulus VIII. De concessione præbandæ & ecclesiæ non vacantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

TITULUS VII.

De Institutionibus.

Hunc quoque titulum à me plenè expositum invenies in *for. benef. p. 2.*
q. 6. § 7. ubi quid & quotuplex sit Institutio. & deinceps à *q. 169. ad q. 197.*
 ubi de habente instituere. à *q. 169. ad q. 178.* de necessitate, modo ac tempore
 facienda institutionis: à *q. 178. ad q. 193.* de personis instituendis.

TITULUS VIII.

De Concessione Præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.

Quæst. 54. Quid & quotuplex sit va-
catio beneficii?

1. **R**esp. ad primum: Vacare dicitur beneficiū, quod existens in rerum natura non habet proprietarium vel possessorē; respectīve enim utriusque tam proprietarii, quām possessoris datur vacatio. Dicitur autem existens in rerum natura: nam neque deficiente proprietario, multo more minus possessor, semel erectū deficit. In quo distinguitur à pensione ecclesiastica, qua per mortem proprietarii seu pensionarii non vacat, sed finitur seu extinguitur. *Pirh. b. t. num. 1.* *Azor. p. 2. l. 7. c. 17. q. 1.*

2. Resp. ad secundum: Vacatio in genere triplex est; nimis de facto tantum, de jure tantum, & facto & de jure simul. *Azor. loc. cit. qu. 2.* *Rebuff. in pr. benef. tit. requisita ad collat. a n. 56.* *Barbos. iur. eccles. l. 3. c. 14. num. 71.* & alii passim. Vacare de facto tantum, seu vacare tantum quod à possessionem dicitur beneficium, ubi quis titulum canonicum beneficij seu jus in eo habet, possessionem tamen illius nec ille, nec quisquam alius habet. V.g. dum collatarius post factam sibi & acceptam collationem illius professionem neccum acceptit. Item, dum verus Dominus retinens titulum beneficij possessionem habitam amittit; quia eā dejicitur vi, vel per metum iniuste incusum renunciat beneficio, nemine alio ejus possessionem occupante. Item, dum is, qui non habet justum titulum aut jus in beneficio, sed solam possessionem aut detentionem, decedit, alio interim existente, qui habet verum jus in beneficio. Ac denique, ut *Barbos. loc. cit.* citans *Abb. inc. tua. de cler. non resid.* dum quis longo tempore absens à beneficio suo, nullo, qui serviat ei, constituto Vicario, ne sciturque ubi moretur; non enim per hoc amittit titulum, nisi forte per canoniam citationem & monitionem in contumaciam eo privatus fuerit. Sed & de eo merito dubitari potest, num per hoc amittat possessionem. De cætero exemplum hujus vacationis de facto, quod adducunt *Azor. Pirh. Reiffentuel.* de eo, qui collatum beneficium neccum acceptavit, non subsistit; quia per collationem neccum acceptatam jus nullum in beneficio acquiritur, adeoque tale beneficium adhuc vacare potest de jure. *vide me in for. benef. p. 3. q. 2.*

R. P. Leur. iur. Can. Lib. III.

2. De jure tantum seu quod ad titulum & proprietatem tantum vacare dicitur beneficium, dum quis possidet beneficium absque eo, quod is aut aliis quispiam titulum ejus seu jus in eo habeat. V.g. Dum quis sine titulo canonico de facto se intrusus in beneficio, in quo nemo aliud habet jus. Item, dum quis cum colorato titulo possessionem beneficij per obitum vacantis capit. Item, dum quis per affectionem secundi beneficij incompatible cum beneficio habito ex juris dispositione eo ipso perdit primum, seu eo privatus existit, absque eo, quod possessionem prioris dimittat, seu definit illud occupare. Idem est, dum quis ob delictum sine ulla alia monitione, citatione aut sententia privationis per hominem lata, ex iuri dispositione eo privatus, non desinit illud occupare. *vide me. l. c. n. 2.*

3. De facto & de jure simul vacare dicitur beneficium, dum neque ejus titulus, neque possessione est penes aliquem. V.g. dum habens titulum verum beneficij unum cum possessione illius moritur naturaliter, aut illud resignans, vel ob delictum eo privatus, dimittit quoque possessionem illius, nullo alio de eo proviso, aut etiam illius possessionem occupante. *vide me loc. cit. num. 3.* ubi etiam *num. 4.* ex *Mandos. Gonz. &c. annotavi.* vacationem de facto & de jure esse vetiorem, potentiorum & pleniorem vacationem. Propriè quoque non dici vacare beneficium, nisi, dum à nemine detinetur, nec jure, nec de facto. Et hinc cuiuslibet dispositionis verba esse intelligenda propriè de hac vacatione, & in hoc ejus potentiore significato.

*Quæst. 55. Vacatio beneficiorum in specie
quot modis contingat?*

1. **R**esp. Pluribus in specie modis vacant beneficia. Puta, primò per mortem naturalem beneficiati, de quo vide me in *for. benef. p. 3. à qu. 26. ad quæst. 36.* ubi *quæst. 27.* quid veniat vel non veniat nomine mortis. *quæst. 28.* quid requiratur, ut beneficium vacet per obitum alicuius. *quæst. 29.* an vacet per mortem commendatarii. *quæst. 30.* an per obitum privati beneficio. *quæst. 31.* an & qualiter vacet per obitum habentis jus ad regresum beneficij dimissi. *quæst. 32.* an & qualiter per obi-

obitum vacet beneficium manuale, vel etiam alia collatum ad beneplacitum conferentis. *quest. 33.* qualiter vacet per obitum resignantis. *quest. 34.* mors, ex qua inducitur vacatio, qualiter in supplicatione pro beneficio sit exprimenda, & narrata justificanda. *quest. 35.* an & qualiter probandum tempus obitū.

2. Secundò per mortem civilem. vide me l.c. à *quest. 36.* ad *quest. 61.* ubi *quest. 36.* ad *quest. 50.* qualiter videntur per matrimonium. de quo vide quoque ad tit. de cler. conjug. q. 51. ad q. 59. qualiter videntur per ingressum in religionem. ubi, qualiter videntur per ingressum in Societatem Iesu per vota simplicia. *quest. 53.* qualiter videntur beneficia converitorum. *quest. 54.* qualiter videntur per novitiatum, si is producatur ultra tempus consuetum. *quest. 56.* & *quest. 57.* ad quem spectent fructus beneficii retenti tempore novitiatus & administratio illius. *quest. 58.* qualiter concipienda supplicatione in impetracione beneficii videntur ob ingressum in religionem.

3. Tertiò per militiam sacerdotalē. q. 59. & per captivitatem q. 60.

4. Quartò. Vacant per consecutionem alterius beneficii, vide me loc. cit. à *quest. 61.* ad *quest. 161.* ubi §. 1. de incompatibilitate beneficiorum ob unius sufficienciam ad sustentationem & inde orta vacatione. à *quest. 61.* ad *quest. 109.* sub quo §. tractantur sequentia. *quest. 62.* & 63. quo iure vetita pluralitas beneficiorum, præscindendo, an sint simplicia, nec ne. an conformia, vel diffonia; an existentia in eadem vel diversa ecclesia; an requirentia residentiam nec ne. an sufficiencia, vel insufficientia ad sustentationem. *quest. 64.* an simplicia requirentia residentiam, quorum neutrum sufficiens ad sustentationem, haberi possint ab eodem sine dispensatione. *quest. 65.* an habenti insufficientem conferringi possint plura & plura, alias non incompatibilia usque ad sufficientem sustentationem. *quest. 66.* & 67. an cum sufficiente haberi possit aliud insufficientem, saltē vii confutandinis. *quest. 68.* an, posito haberi posse plura sufficientia, adhuc iure natura vetita nimia eorum coactio. *quest. 71.* & 72. quodnam beneficium dicatur sufficientem ad congruum sustentationem. an ad judicandum de hac sufficientia habenda sit ratio bonorum patrimonialium. *quest. 73.* ex quibus causis iura permittant pluralitatem beneficiorum aut in ea dispensari possit. *quest. 74.* & 75. an causa sufficientis ad hoc sit nobilitas generis, aut dignitas Cardinalitia. *quest. 76.* & 77. an sufficientis ad hoc causa, quod sciatur illum erogare fructus in pauperes, præsertim in parentes & pauperes amicos. *qu. 78.* an liberalitas Papæ sit ad hoc causa sufficientis. *q. 79.* an Episcopus aut Legatus Apostolicus dispensare possit in pluralitate beneficiorum simplicium, dum unum sufficientis, & adeo causa justa dispensandi. *quest. 80.* an cessante causa, teneatur, qui plura obtinuit beneficia, resignare aliqua. à *quest. 81.* & *quest. 89.* an & qualiter Papa dispensare possit in pluralitate beneficiorum. *quest. 90.* an possidens plura ex dispensatione hanc teneatur exhibere Ordinario. à *quest. 91.* ad *quest. 97.* qualiter videntur prius obtentum per affectionem secundi. à *quest. 97.* ad *quest. 109.* an, ut videntur primum, possessio, & qualis requiratur §. secundo à *quest. 109.* ad *qu. 183.* de incompatibilibus ratione residentie, cura, existentia sub eodem tecto, vel quia sunt dignitates, personatus, & inde orta vacatione. Sub quo

§. tractantur sequentia. à *quest. 109.* ad *quest. 116.* de incompatibilitate ob residentiam à *quest. 116.* ad *quest. 126.* de incompatibilitate ob incumbentiā cura. *quest. 127.* ad *quest. 143.* de incompatibilitate ob existentiam in eadem ecclesia. à *quest. 143.* ad *quest. 146.* de incompatibilitate plurium beneficiorum regularium. a *quest. 146.* ad *quest. 149.* De decreto Papæ dimittendi prius ob incompatibilitatem cum secundo.

5. Quintò vacant per translationem & promotionem alicuius. a *quest. 149.* ad *quest. 161.* ubi *quest. 50.* an vacent beneficia & pensiones promoti ad Papatum. *qu. 151.* & sequentibus. de vacatione promoti ad Episcopatum.

6. Sexto vacant beneficia ob delictum beneficiati. à *quest. 161.* ad *quest. 234.* ubi §. 1. à *quest. 161.* ad *quest. 183.* de sententia privationis beneficii ob delictum in genere. §. 2. à *quest. 183.* ad *quest. 193.* de vacatione ex privatione ob delicta omissionis. §. 3. à *quest. 193.* ad *quest. 234.* de vacatione ex privatione ob delicta commissionis.

7. Septimò per resignationem beneficiorum, de quo vide me in for. benef. p. 3. à *quest. 234.* per plura folia.

8. Octavò per permutationem. de quo vide me l.c. à *q. 815.* ad *q. 876.* de qua agitur ad tit. 19. hujus l.c.

quest. 56. An & qualiter videntur beneficia manualia, regularia, beneficia de mensa, beneficia unita & beneficia Ecclesiæ non numerata?

1. **R** Esp. primò: Beneficia manualia non minùs quam perpetua videntur per obitum & resignationem. Parif. l. 11. *quest. 3.* num. 93. videntur item per motionem seurevocationem ad nutum conferentis illa. Parif. loc. cit. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 15. num. 96. quamvis C. de Luca de benef. d. 96. num. 18. & 19. citans pro hoc decisi. Rota. 245. p. 6. recent. num. 3. dicat, quod uti in manualibus non datur verus titulus, ita etiam non dari vacationem, saltē veram & propriam ad effectus juris, præcipue illum reservacionis & affectionis: sed solum, quæ improprio & largo modo dicatur vacatio. De cetero vacare etiam beneficium non minuale, quod Papa consultit ad suum beneplacitum per Papæ obitum uti & ab eo concessum ad certum tempus, hoc elapo, asserit Gonz. l.c. num. 93. & 94.

2. **R** Esp. secundò: Beneficia de mensa, seu quæ annexa sunt mensa Prælati seu dignitatis, vel Capituli, non dicuntur vacare per mortem eorum, qui illis inserviunt. Lotter. l. 3. *quest. 8.* num. 88. citans alios. Gonz. ad Reg. 8. gl. 5. §. 6. num. 64. & §. 7. num. 21. Vallen. de benef. l. 3. tit. 12. n.

2. Licet enim inservientibus illis concedantur fructus; non sunt tamen eorum Rectores & beneficiati, sed veluti usufructuarii, quibus proinde mortuis, istiusmodi beneficia tanquam usufructus mensa, cui unita sunt, consolidantur. Valens. l.c.

3. **R** Esp. tertio: Beneficium unitum in perpetuum nunquam vacat amplius; cum facta hac unione, desinat esse, seu extinguitur ejus titulus. Gonz. cit. §. 7. num. 7. Gomes. ad Reg. de triennali. gl. 8. num. 2. Unitum vero ad tempus, sive unione non extinctiva tituli, sive dissoluta, pergit vacare vacatione antiqua, seu quæ vacabant ante unionem; stante autem illa unione temporali,

non

non videntur propriè dici vacare, nisi ad summum vacatione vacantis illius beneficij, cui auctoritate unita.

4. Resp. quartò: Beneficia seu Præbenda ecclesiæ non numeratae seu receptitiae (quales dicuntur in quibus non est certus præbendarum numerus, sed secundum securum supercrescentiam beneficii crescent vel decrescent) etiæ sint vera beneficia, ut Gomes. nunquam vacant, sed confestim, ut titularis decedit supprimuntur, expirant, & esse definit Lotter. l. c. num. 82. citans c. dilecto de præb. &c. ex parte de concess. præb. Gomes. gl. 9. §. 3. num. 10. & AA. communiter in cit. c. dilecto. vide me for. benef. p. 3. quest. 22. num. 3.

Quæst. 57. Quænam vacatio veniat nomine vacationis simpliciter prolato?

R Esp. Facta in supplicatione seu impetratiōne mentione de vacatione simpliciter, nullo expresso modo certo, comprehenduntur omnes modi vacationis, id est, tam vacatio per mortem civilem, quam naturalem; tam per resignationem, quam per privationem. Gloss. in c. si propter de rescript. in 6. v. vacabunt. Gloss. in c. quia sepe de præb. in 6. v. vacant. Garc. de benef. p. 11. c. 1. à num. 3. Paris. de refug. l. 11. quest. 14. num. 24. Barbos. jur. eccl. l. 3. c. 14. num. 74. (ubi etiam cum Garc. loc. cit. quod id procedat in materia penali) Pirh. b. t. num. 28. & plures alii, quos pro hoc citavi in for. benef. p. 3. quest. 4. Sic si detur alicui exspectantia simpliciter de beneficio vacaturo, comprehenditur omnis modus vacandi. Garc. loc. cit. num. 6. sic, si in Reg. 8. Cancell. apposita non essent verba: quoque modo: comprehendenterunt vacatura quoque modo vacatura, exceptis vacaturis in Curia vel per resignationem. Gonz. loc. cit. gloss. 15. num. 1. & 2. Sic etiam in dubio appellatione vacationis intelligitur vacatio tam de jure quam de facto seu omnimoda vacatione. Gonz. loc. cit. num. 9. Unde etiam, dum Papæ facienti gratiam narratur vacatio, is supponit, beneficium vacante omnimode, hoc est, tam de jure quam de facto. Lotter. de re benef. l. 3. quest. 8. num. 21. cum nemia neque in possessione præjudicari intendat, ut Gonz. loc. cit. citatis Abb. Butr. Imol. Sitamen mentio facta de possessione alterius, non videtur intelligere quam vacationes de jure tantum, neglecta ea possessione. Lotter. loc. cit. num. 2. Nihilominus in materia ambitiosa, qualis est impetratio beneficiorum, appellatione vacationis venire veram & non factam & qualificatam (qualis vacatio facta est vacatio illa per obitum in regula de infirmis) ait Paris. l. 12. quest. 10. num. 5. de quo vide me l. c. num. 5.

Quæst. 58. An & qualiter expresso uno modo vacationis, non veniat alius?

R Esp. Hanc questionem integrè & accuratè cum limitationibus suis à me tractatam videri posse in foro benef. p. 3. quest. 5. uti & illas ei affines: an & qualiter elidatur vis clausula: seu premiso seu alio modo: quest. 6. & qualiter verbum vacare usurpatum in hoc vel illo tempore, comprehendat alia quoque tempora. quest. 7.

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

Quæst. 59. Qualiter vacatio & modus & mensis exprimenda in impetratiōne & provisione beneficij?

1. R Esp. primò: Post expressam per impetratiōnem qualitatē beneficij, in principio precum narrandam esse positivè ejusdem vacatiōnem, seu illud vacare per verba: cum vacaverit & vacet de presente: extra controversiam est; cum in hoc uno præcipuè consistat honestas gratiæ, tam ex parte supplicantis, ne videatur captare mortem alterius; quam ex parte concedentis illam, dum is, sive Papa, sive alius collator, censendus sit, velle cuique jus suum integrum servare, nec ulli præbere causam captanti mortem alterius. Lotter. l. 2. q. 8. num. 1. & 2.

2. R Esp. secundò: Licet olim necesse non fuerit exprimere modum vacationis, sed tantum vacationem in genere, cum facta simpliciter mentione vacationis includatur omnis modus vacatiōnis. Chok. ad Reg. 46. Cancell. num. 6. idemque adhuc hodie sit attenta juris communis dispositiōne. Barbos. jur. eccl. l. 3. c. 14. num. 74. Lotter. loc. cit. num. 9. citans alios. Tond. q. benef. p. 1. c. 130. num. 3. dicens, hanc juris communis dispositiōnem servari in Gallia. Modo tamen vi cit. Reg. 46. necellariò exprimendus etiam certus modus vacationis, ita ut alias interpretatio & provisio sit nulla. Chok. loc. cit. Lotter. num. 12. Idque non tantum in gratia neutrī, ut Rota decis. 24. de rescript. in novis. Menoch. de arb. cas. 201. num. 101. Selva. p. 3. quest. 12. num. 21. &c. Sed in quacunque gratia provisiva. Lotter. num. 13. Dicta tamen regula locum non habet, sive non exprimendus certus modus vacandi, dum providetur tanquam devolutum. Garc. p. 11. c. 1. num. 7. Lotter. l. c. num. 143. cuius rationem vide apud me l. c. q. 10. n. 4. Sed &, dum beneficium vacat pluribus modis, sufficit exprimere unum. Chok. l. c.

3. R Esp. tertio: In omnibus gratiis beneficiis exprimendus mensis vacationis sub pena nullitatis vi regula 8. Gonz. ibidem gl. 32. à num. 1. Lotter. l. 3. quest. 8. num. 79. vide me l. c. qu. 11.

Quæst. 60. Num etiam e contra exprimendum, beneficium de jure vacans non vacare de facto, seu possideri aut detineri adhuc ab alio?

R Esp. Affirmativè juxta c. cum nostris. b. t. ubi, quod impetratio beneficij vacantis ex eo irrita dicitur, quod facta non fuerit mentio possessionis vel detentionis. Quippe supplicando pro eo tanquam vacante nulla facta mentione, quod ab alio adhuc possideatur, intervenit sub vel obreptio per falsi suggestionem vel veri suppressionem juxta cit. c. cum nostris. §. auditor. Intelligenda tamen hæc de taciturnitate possessionis colorata (quam quod ad præsens punctum Lotter. loc. cit. num. 34. dicit censeri eam, in qua datur instantia possibilis tituli validi, etiam ex dispensatione, seu qualis est ea, quæ prætentitur ex legitimo, seu à jure non reprobato titulo, etiæ hic revera non adsit ob defecum occultatum, ut Abb. in cit. c. cum nostris. n. 17.) non verò de possessione notoriè decolorata. Abb. in c. jam nostris. num. 1. & 16. Barbos. ibid. num. 2. Garc. p. 10. c. 1. num. 48. Gonz. ad Reg.

Reg. gl. 15. §. 1. num. 65. Pith. b. t. n. 19. &c.
Cujus ratio est, quod illud tacitum invalidet rescriptum, quo expresso Papa non dedisset, vel non ita faciliter dedisset literas. *c. super literis. c. postulati de rescriptis.* Quale quid est tacita possessio colorata, utpote quam expressa, Papa potuisse retrahi, vel saltem reddit ardor ad concedendam gratiam: non tamen tacita possessio evidenter iusta & invalida; cum ea expressa non tantum non tardius, sed etiam faciliter & promptius concederet gratiam, ne notoriè intrusus diutius occuparet beneficium. Limitant tamen hoc ipsum Abb. loc. cit. num. 19. Garc. num. 49. Menoch. de arb. l. 2. cas. 201. n. 142. ita, ut taciturnitas possessionis etiam colorata non vitiet rescriptum seu concessionem gratiae, dum conceditur motu proprio. Quin &, ut Lotter. l. c. num. 39. ait, id, quod gratia ex dicta taciturnitate reddatur subreptitia, non referri ad eam partem gratiae, quam Papa providet, seu defectum ex surgentem ex hac taciturnitate non respicere substantiam gratiae in articulo provisionis; adeoque ipsam provisionem contra hunc defectum sustineri. Sed ad illam partem gratiae, quam dantur executores; cum color ille possessionis non attendatur, nisi in ordine ad hunc effectum, ut is mediante citatione possessoris excutiatur per executorum, priusquam procedatur ad ipsam executionem, ut Lotter. n. 40. Illud namque movere vel removere poterat Papam ad dandos executores sub una potius forma quam sub alia, nec alijs praesertim jubendo videatur velle dejicere justum possesse de sua possessione; haec tamen tanti momenti non est, ut removere potuisse a providendo, ut Lotter. num. 41. Atque ita hodiecum colorata possessionis mentionem omissem nullius esse considerationem ad causandum nullitatem gratiae, dum in literis Apostolicis tales apponuntur clausulae quam vim expressivam possessionis habent, adeoque defectum dictae taciturnitatis supplent. Quales v. g. sunt: dummodo non fit alicuius jus quantum. Vel amoto qualibet illicito detentore, ut Lotter. num. 44. & 45. citans Rotam in Colonens. Canonic. 20. Maij. 1602. Gonz. l. c. n. 67.

Quæst. 61. Qualiter vacatio beneficii narrata vel etiam independenter à narratione illius verificanda?

1. **R**esp. primò in genere: Nisi beneficium vacet, ut narratum, gratia nulla est. Lotter. l. c. quæst. 8. num. 42. Quin & narrativa, et si necessaria non sufficit, debet verificari, Gonz. gl. 32. num. 57. citatis alii. Non tamen opus verificatione, ubi vacatio vel certus vacandi modus exprimitur non assertive sed dubitative per verba forsitan vel similia. Gonz. l. c. num. 11. Arg. L. in substantia. ff. de vulg. & pupillat. subst. Idem est, dum adhibetur dictio assertur, dicendo: vacavit in tali mense, vel per obitum, pro ut assertur. Gonz. l. c. num. 12. & 13.

2. **R**esp. secundo: Vacatio tempore data verificari debet cum de rescript. Lotter. l. c. n. 41. Paris. de resq. l. 8. quæst. 7. num. 146. & l. 12. q. 17. n. 26, citans alios.

3. **R**esp. tertio: Sufficit narrationem vacationis verificare de solo iure, ut vitetur subreptio. Gonz. gl. 15. §. 1. num. 65. Sufficit quoque verificare vacationem de facto eo modo, quo in literis

narratur. C. de Luc. de benef. d. 78. num. 16. Sic sufficit impetranti ex resignationis causa, quod modus vacationis expressus fuerit verus de facto, et si non esset verus de jure; eò quod v. g. provisus per collatorem ordinarium verè resignaverat, et si jus non haberet in beneficio resignato. Tondut. qq. benef. p. 3. c. 238. num. 13. & Rota decis. 9. p. 2. divers. num. 10. ubi illa, quod ad verificandam narrativam gratiae sufficiat probatio facti carentis administrculo juris. vide me de hoc pluribus. for. benef. p. 3. q. 13. n. 4.

4. **R**esp. quartò: Dum plures modi vacandi æque dispositivæ quidem ex eadem persona alternativæ narrantur, sufficit unum verificari. Lotter. loc. cit. num. 14. Garc. p. 11. c. 1. num. 68. citans plures Rote decisiones, in quibus dicitur, quod quando gratia non est restricta ad vacationem narratam, sed narrat etiam aliam vacationem, saltem in genere dicendo: *vel alio modo*: sufficiat verificari unum; cum in alternis sufficiat verificare unum juxta reg. alternis in 6. Si tamen plures modi copulativæ narrati, omnes debet verificari saltem de facto, tanquam probabilius asserit Garc. l. c. n. 49.

5. **R**esp. quintò: Vacatio beneficii, etiam independenter à narratione illius verificanda in ordine, ut beneficium impetrari possit; quia non præsumitur. Gonz. gl. 15. §. 2. num. 47. Sufficit autem eam probari per famam; cum non agatur de magno præjudicio, dum is, per cuius. V. g. obitum vacare dicitur, si adhuc vivat, adeoque non vacet beneficium, retineat suum beneficium, & collatio illius sit nulla. Nihilominus tempus vacationis ad effectum reservationis plenè probandum. Gonz. l. c. n. 76. Et si enim Papa duplè plures menses necepsit, habeat respectu collatoris ordinarii non habentis alternativam, adeoque verisimilius contigisse vacationem intra octo menses, quam intra quatuor; non tamen adhuc præsumitur vacatio contigisse in mense Apostolico, adeoque onus probandi reservationem ratione mensis incumbit proviso Apostolico, fundante se in vacacione facta in mense Apostolico. Gonz. gl. 11. ann. 38. Ut etiam idem onus incumbit illi, qui habet indultum providendi beneficia vacanta in mense Apostolico, dum alias provisus ab eo excluditur. Et quidem plenè probandi propter præjudicium, quod creari posset collatori ordinatio. vide me loc. cit. quæst. 15. num. 2. De cetero an & qualiter verificanda narratio mensis vacationis. vide apud me loc. cit. quæst. 14.

Quæst. 62. Quo tempore vacare dicatur beneficium?

Resp. Propriè & juxta communem loquendi modum (qui semper attendens & præferendus verborum proprietati juxta L. cum de laionis. ff. de fundo instrueto) tempus vacationis est & dicitur illud momentum, quo beneficiarius cedit vel decedit. V. g. moriendo, contrahendo matrimonium, emitendo professionem, committendo delictum, cui statuta privatio ipso iure; ita ut vacationis tempus sit momentaneum & indivisibile. Et de hoc tempore seu momento loquitur *regula*. 8. sex mensium. Non vero tempus vacationis dicitur seu attenditur, quo vacare pergit beneficium; ne alijs beneficium

ficiunt ex eadem vacatione dici posset vacare diversis mensibus, Apostolico nimirum & ordinario Gonz. Gl. 11. n. 66. & Gloss. 15. n. 141. Chok. ad regul. 8. Gl. 7. n. 23. quem citat & sequitur Barbos. iur. eccl. 1. c. 14. num. 66. vide me l. c. q. 24.

Quæst. 63. Ubinam seu in quo loco vacare dicatur beneficium?

1. R Esp. diversimodè pro variis nimirum continentis aut etiam modis vacationis ad hoc respondendum; nam primò vacatio contingit in loco, ubi beneficiatus moritur. Gonz. Gl. 15. §. 1. num. 42. Lotter. l. 3. q. 15. num. 59.

2. Secundò, in loco, in quo capitul possestio (nimirum ob quam captam vacat beneficium præhabitum incompatibile) etiam per procuratorem. Secus, dum ea capitul per amicum vel negotiorum gestorem sine commissione principalis, dum nimirum opus est ratificatione principalis; tunc enim vacato momento & loco, quo ea præfatur. Gonz. Gloss. 15. §. 2. num. 10. citans alios. Sic, dum habens beneficium requirens Residētiā; existens in Curia, providetur de alio simili beneficio in partibus, illiusque collationem acceptavit & possessionem accepit per procuratorem, adeoque jam vacat præhabitum, vacatio hæc contingere dicitur, non in Curia, tibi provisus existit, sed in partibus, ubi accepta possestio. Gloss. in Clem. 1. ut lute pend. v. collatio.

3. Tertiò: vacatio dicens originem à facto negativo seu omissione; v. g. quod quis intra annum non fuerit promotus, dicitur contingere in loco, in quo est provisus; v. g. in Curia, si ibi existit, alias in partibus seu extra Curiam, si ibi fuerit tempore inducta vacationis. Tondut. qq. benef. p. 2. c. 3. §. 2. num. 33. citans Rebuff. p. 2. tit. de non promot. intra ann. Garc. p. 5. c. 1. num. 78.

4. Quartò: vacatio dicens originem ex facto positivo, vi cuius inducitur vacatio ipso jure aut ex speciali decreto circa aliam sententiam hominis, eo loco vacare dicitur, in quo actus iste gestus est. Tond. loc. cit. num. 34. Garc. loc. cit. num. 49. E contra, si indicatur per sententiam privationis, vacare dicitur in eo loco, ubi passus sententiam. Sic; V. g. si in Curia præsens privetur beneficio in partibus, non in Curia, sed in partibus contingit vacatio. Gonz. Gloss. 15. §. 2. num. 16. & 18. citans Simonet. de reserv. quæst. 26. n. 1. Pavin. de off. & potest. Capit. sed. vac. prælud. 7. n. 8. Mandos. ad reg. 32. q. 8. num. 13. Gamb. de potest. Legat. l. 3. num. 124. contra Gomes.

5. Quintò: vacatio contingit in loco, ubi contrahitur matrimonium (idem videtur de emisione professionis) sic si per procuratorem existens in Curia contrahitur in partibus, vacat in partibus. Gonz. loc. cit. num. 15.

6. Sextò: vacatio contingit in loco, ubi resignatur beneficium, non attento loco, ubi resignans moritur physicè. Paris. l. 1. quæst. 4. num. 50. & 57. Gl. in Clem. 1. ut lute pend. v. collatio. Vitalin. in Clem. unic. derenunc. num. 40. Simonet. de reserv. c. 1. Rebuff. &c. Sic resignation facta coram ordinario, dicitur vacatio contingere in partibus, nisi is ipse existat in Curia. Sic facta ab existente in partibus per procuratorem existente in Curia, contingit in Curia, & non in partibus, ubi constitutus procurator seu confessum mandatum ad resignandum. Gonz. loc. cit. num. 11. Paris. cit.

quæst. 4. num. 1. citans Fusco. de visit. l. 2. c. 21. Paris. cons. 10. n. 1. vol. 4. & alios. Idem dicendum de permutatione facta per procuratorem. Azor. p. 2. l. 7. c. 22. quæst. 15. ubi tamen resignatio vel permutation facta per amicum, & dein ratihabita per principalem, vacatio contingit ibi, ubi facta ratiabitio. De cætero, quia dum resignans infirmis moritur ante 20. diem post factam resignationem, non datur duplex vacatio, una per resignationem, altera per obitum, sed una tantum per obitum, ut Lotter. l. 3. quæst. 15. num. 20. citans Sarnen. in reg. 18. Cancell. seu de 20. quæst. 35. cum impossibile sit dari duplice vacationem ejusdem generis; V. g. de jure; cum per primam absumentum sit omne jus beneficiati (de quo vide me in for. benef. p. 3. quæst. 18.) hinc, inquam, in hoc casu dicinon potest vacare beneficium in loco, ubi fit resignatio, sed in loco, in quo continuit obitus.

7. Septimò: beneficia reservata per extrav. ad regimen. de prob. inter comm. & per Extrav. execrabilis. cod. tit. dicuntur vacare in Curia. Conz. Gloss. 13. num. 46. & latius. Gloss. 52. Quin & omnia beneficia reservata vel effecta vacare dicuntur in Curia. Gonz. §. 5. proem. num. 141. & cit. Gloss. 13. num. 46. citans Calderin. cons. 9. infinite. de probat. Simonet. de reservat. quæst. 30. num. 4. Aeneam de Falconib. de reserv. quæst. 4. in princ. effect. 1. n. 1. &c.

8. Octavo: in dubio beneficium præsumitur vacare in loco, in quo beneficiatus habet domicilium. Hinc, si beneficium requirebat residentiam personalem præsumitur vacare in loco, ubi beneficium consistebat; quia ibi residentiam facere præsumitur beneficiatus, non secus ac maritus habitare cum uxore. c. ex tua de cler. non resid. Alciac. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 35. num. 1. Mascard. concl. 1277. num. 3. quos citat & sequitur. Gonz. Gloss. 15. §. 2. num. 29. & 30. si vero beneficium non requirit residentiam, ibi vacatio contingit præsumitur, ubi beneficiatus ordinariam habitationem habebat; quia ibi præsumitur quis mori. Gonz. loc. cit. à num. 25. de cætero præsumitur vacare in diœcesi, ubi beneficium consistit. Gonz. Gl. 32. num. 47.

Quæst. 64. Qualiter consumatur vel non consumatur vacatio?

1. R Esp. primò: non consumitur illa primò per provisionem in forma dignum ante examen & approbationem seu executionem. Lotter. l. 3. q. 8. num. 134. Tondut. qq. benef. p. 1. c. 87. num. 21. ego l. c. q. 19. num. 2. Sed neque secundò per provisionem de facto, hoc est, illegitimam; V. g. per collationem factam contra mentem fundatoris. Lotter. loc. cit. quæst. 20. num. 119. Tondut. loc. cit. num. 20. addens. num. 23. non consumetur iam per provisionem Apostolicam & factam per legatum ipso jure nullam. Neque tertio per Legitimatam collationem needum acceptatam. Idem est de electione ante confirmationem de presentatione ante institutionem Lotter l. c. quæst. num. 19. Gonz. Gl. 15. §. 2. num. 21. Neque quartò consumitur vacatio per commendationem beneficii. Gonz. l. c. num. 20. de quo vide me p. 3. quæst. 18. num. 3.

2. Resp. secundò: consumitur vacatio per collationem acceptatam, etiam ante captam possessionem. Gonz. loc. cit. citans Simonet. de reserv.

quest. 55. Gomes. ad reg. de triennal. quest. 3. n. 2. & 3. Itemante literarum expeditionem per signaturam supplicationis. Lotter. l. 3. q. 1. num. 16. citans Mando. ad reg. 27. quest. 13. num. 4. Simonet. loc. cit. num. 11. Garc. p. 4. c. 2. num. 14. &c. Hæc tamen intelligenda, ubi supplicatione registrata & parti tradita; eò quod prius non detur jus aliquod considerabile quasitum; cum talis supplicatione de facili possit lacerari, ut Gonz. loc. cit. num. 33. citans Gomes. ad reg. de jure questio. quest. 20. in fine. Et quidem exprimare priorem vacationem per dictam signaturam ante literas cum omni effectu, etiam respectu vinculi reservationis aut affectionis prius injecti beneficio Lotter. loc. cit. num. 17. ita ut si pro visus à Sede Apostolica de beneficio reservato post signatam & registratam supplicationem moriatur extra Curiam in mense ordinario, ordinarius de eo disponere possit, ut Gonz. Gl. 15. §. 1. num. 34. non tamen ex tali rescripto seu signatura, etiam registrata supplica, & secuta acceptatione, si in supplica adjecta clausula, seu rescriptum esset in forma dignum, ut quandoque rescribi solet, etiam pro presente in Curia. Lotter. loc. cit. quest. 8. a num. 85. Item consumitur per unionem validam præcedens vacatio quin & tollitur in futurum. Lotter. loc. cit. a. num. 85. sed neque, si unio validè facta denuo resolvatur, reviviscit prior vacatio, quia beneficium ante unionem vacabat, utpote quæ jam semel confumpta, in perpetuum, non secus ac ipsum beneficium unitum per dictam unionem extinguitur tituli absolute deductum ab esse ad non esse. Lotter. loc. c. num. 88. Tond. loc. cit. num. 24. sed sicut per dictam dissolutionem unionis factæ in perpetuum consurgit novum aliud beneficium, ut Felin. in c. cùm accessissent. de consit. num. 33. & AA. communiter in Clem. ult. de rescr. ita etiam nova ejus vacatio. Dixi: per unionem validam. Nam suppositione & declarata nullitate factæ unionis, perseverat prior vacatio. Gonz. Gl. 15. §. 2. num. 79. Lotter. l. c. n. 87. Tondut. l. c. uti nec per unionem seu suppressionem beneficij, quæ non est in perpetuum, adeoque nec extintiva tituli, quemadmodum non extinguitur penitus beneficium, ita nec prior ejus vacatio, sed reviviscit prior, sublato illo suppressionis impedimento. vide me. l. c. q. 19. n. 5. in fine.

Quest. 65. Qualis vacatio requiratur & sufficiat, ut beneficia provideri possint?

REsp. primò: ut provideri liberè possit de beneficio, sive per collationem, sive per electionem & confirmationem sive per presentationem & institutionem, sufficit vacatio de jure, dum ejus notitia habetur v.g. quia constat aliquem consecutum beneficium incompatibile ejusque possessionem, aut commissione crimen, ob quod etiam ante sententiam privatus est, aut etiam legitimè privatum per sententiam, absque eo, quod etiam valet de facto, & absque eo, quod tunc detentor illius citandus seu vocandus sit; cùm is jam jus & titulum beneficij notoriè amiserit. Garc. p. II. c. 10. num. 23. Chok. ad reg. 8. n. 23. Barbol. jur. eccles. l. 3. c. 14. a. 69. Paris. derefig. l. 3. q. 1. n. 81. Pirk. b. t. n. 27. citans Azor. p. 2. l. 7. c. 17. q. 2. Gonz. Gl. 15. §. 1. n. 39. Lotter. l. 3. q. 8. n. 24. ubi expresse, quod possita vacatione de jure, plenitudo resultans ex possessione alterius de facto non habeatur in consideratione ad affectum, ut sustineatur vel corruiat gratia pro quo citat Mando. in addit. ad Laram. alleg. 16. unm. 1. Et sic quoque patronum

præsentare posse ad beneficium taliter vacans, ait Gonz. l. c. n. 43. Quod autem Pirk. b. t. n. 20. ait, non posse conferri beneficium alteri, in cuius possessione colorata existit alius, nisi prius eo citato, & præcedente lumaria cognitione color ille decessus sit, & injustitia possessionis offensa, pro quo citat. o. cum nostris. b. t. Host. & Abb. ibidem hoc inquam hic locum non habet, dum hoc ipso, quod de vacatione de jure existente conset, adeoq; nororum sit, nullum adeoque nec possessorum detentore habere in beneficio jus seu titulum, omnis color possessionis evanescit, & manifestum sit, possessione injustam; sed ad summum tunc, ubi quidem de jure seu secundum iura vacatio quod ad jus in beneficio adesse censem, hic & nunc tamen prætendi quid potest, in quo fundetur possiblitas tituli, & exinde colorari possessione seu continuatio illius; V. g. dum ab obtinente incompatibile cum præhabito obtendi posset dispensatio Apostolica, a passo sententiam privationis illius illegitimitati vel injustitiae in quo casu colorata possessionis ab alio habita immitti nequit in possessionem is, cui beneficium vacans collatum, aut hæc auferri possessori, eo non citato seu vocato. Gonz. cit. §. 1. num. 40. Secus, ac in casu decolorata possessionis; eò quod non habens possessionem coloratam non censem, habere possessionem, quæ in jure ullo modo consideretur, ut Lotter. l. 3. q. 8. a. n. 25. Unde si agatur de beneficio reservato (quo casu) possessione intrusi est notoriæ decolorata propter decretum irritans) executor rectè procedit ad traditionem possessionis, tali intruso non vocato, & habetur possessione illa intrusi pro vacua simpliciter. Lotter. l. c. n. 33. citans Garc. p. 10. c. 1. n. 3. Contrarium tamen, nimis quod & tali carenti possessione colorata non vocata, non debet auferri possessione, dicente Pirk. cit. n. 20. nofab. 3. in fine, & pro hoc citante Host. & Vivian.

2. Resp. secundò: ut provideri possint beneficia, non sufficit ea vacare de facto tanum. Abb. in c. cùm nostris. n. 18. Pirk. b. t. n. 19. Zoëf. b. t. n. 2. Engels. b. t. n. 2. curia communis. cùm enim per solam collationem acceptatam acquiratur jus plenum & perfectum in beneficio etiam ante captam possessionem seu independenter ab ea juxta. c. ult. b. t. in 6. sique de jure pertinet ad illum, cui collatum, et si dejectus possessione injuste, dici verè non potest vacare beneficium, dum propriarium habet, & solum de facto, seu quod ad possessionem vacat; adeoque nec conferri potest. Num autem sola vacatio talis de facto seu possessionis sufficiat ad effectum reservationis, potissimum de qua agit reg. 8. Cancel. vide apud Gonz. ibid. Gl. 15. §. 1. n. 73. ubi id affirmat. cuius sententiam pluribus ab eo stabilitam & explanatam vide apud me. for. benef. p. 3. q. 9. 9.

Quest. 66. Quamdiu beneficia vacare possint?

REsp. Ecclesiæ cathedrales & regulares, seu dignitates & Prælaturæ illarum principales ultra trimestre vacare non debent. c. ne pro defecitu. de elect. Laym. ibidem. n. 1. qui etiam n. 2. citans pro hoc Abb. in idem e. ne pro defecitu. n. 5. Imol. n. 2. & Gl. in c. quia propter de elect. v. ecclesiæ viduatis, probabiliter censem, hanc constitutionem. c. ne pro defecitu extendi ad illos Ecclesiarum Collegiarum Prælatos, qui & ipsi ordinariam & generalem jurisdictionem habent in clericos suæ ecclesiæ jure speciali, ob identitatem rationis & intentionis legislatoris, quæ in cit. c. fuit, ne ex diurniore destitu-

destitutione Pastoris & sponsi Ecclesiæ detrimentum patiuntur. Dignitates verò minores , perso-natus & beneficia quarumcunque ecclesiærum , tam Cathedralium , quam Collegiarum , tam secularium quam regularium (etiam electiva Arg. p. dilectus. h. t. Abb. ibid. num. 2. Garc. de benef. p. 10. c. 2. num. 2. & 5. Pirk. b. t. num. 19.) vacare possunt ad semestre , non ultra. c. nulla s. cum autem b. t. cur autem ecclesiærum collegiarum Prælatura diutius vacare possint quam regularium , hanc rationem dat Laym. loc. cit. quid Prælati collegiarum spectato jure communi non exerceant jurisdictionem in suis clericos , sed ea competat Episcopo; regulares verò , etiam si non exempti , jurisdictionem ordinariam & generalē exerceant in suis religiosos , saltem in causis spectantibus ad vota religiosa , obseruantiam regulæ & domesticam disciplinam.

2. De cetero limitanda responsio primaria primum , ut quid beneficia vacare non debeant ultra semestre , sed intra illud providenda , locum habeat respectu collatorum ordinariorum inferiorum , non respectu Papa & Legati illius à latere & Nuncio , utpote quibus non currit tempus ad conferendum. Castr. tr. 13. d. 3. p. 5. num. 5. & 9. Garc. p. 5. c. 3. num. 20. Secundò : ut quid dictum vacare posse istiusmodi beneficia ad semestre , & intra illud pro libitu collatoris , locum non habeat quid ad beneficia resignata permutationis gratia ; neque quid ad ea , quo per institutionem prævia præsentatione providentur ; èo quid constitutio illa c. nulla h. t. extendat se tantum ad beneficia , quæ sunt collationis liberæ & voluntariae , & non ad ea , quae sunt collationis necessariae , qualia sunt dicta beneficia , quibus conferendis vel certum tempus à jure determinatum non est , vel semestri brevius. Castr. loc. cit. num. 8. vide me in for. benef. p. 2. q. 789. num. 2. uti & p. 2. q. 189. ubi intra quod tempus facienda institutio. & p. 3. q. 865. ubi intra quod tempus beneficia permutata conferenda. Quin & , quid resignata aliter extra Curiam conferri debeant intra mensem à facta resignatione juxta Constitutionem Gregor. XIII. 87. ait Paris. l. 11. q. 2. num. 6.

3. Extendenda è contra Constitutio illa c. nulla h. t. concedens collatoribus semestre ad omnes collatores , ut hi ad libitum intra illud differre , & ultra illud non possint collationem , sive sint ordinarii , sive delegati (unde & comprehenduntur Cardinales , habentes indultum conferendi reservata , cum tale indultum non impedit devolutionem Castr. loc. cit. num. 10.) sive conferant jure primaevæ , & proprio , sive devoluto ; cum , qui conferunt jure devoluto , quid ad omnia , seu quid ad omnes circumstantias modi & temporis conferendi subeant vices primorum collatorum negligentium conferre. Castr. loc. cit. num. 12. citans Azor. p. 2. l. 6. c. 27. q. 12. Lambert. de jure rep. l. 2. p. 3. q. 2. a. 8. idque , sive devolutio fiat à patrono laico negligente præsentare , sive ab ecclesiastico. Castr. num. 13. Azor. l. c. q. 11. Lambert. loc. cit. Item sive sint collatores manuallum , sive non manuallum ; loquitur enim textus c. nulla . generaliter. Castr. num. 11. vide me de his cit. q. 789. num. 1.

4. Porro hoc tempus vacationis , intra quod de vacante beneficio provideri debet , non currit à

die , quâ vacatio re ipsa contigit , sed à die notitiae vacationis. Sed neque currit impedito provideri de vacante beneficio. Vide me. cis. q. 789. num. 3. & cessante impedimento (intellige occurrente à principio temporis præfixi) conceditur denuo integrum tempus ; v. g. semestre , uti etiam , ubi provisio impedita fortior effectum ob occultum provisi vitium , aut non acceptationem ; cessante tamen in his omnibus fraude. Lotter. l. 2. q. 24. num. 27.

Quæst. 67. Vacantium beneficiorum collatio cur , quando , qualiter , ob quid , ad quos devolvatur ?

R Esp. materiam devolutionis juris conferendi vacantia beneficia tractatam à me plenè in for. benef. p. 2. a. q. 737. ad q. 759. ubi q. 737. & duabus seq. quid ea sit transitus seu translatio juris conferendi pro ea vice ab ordinario collatore ob negligentiā illius in conferendo intra tempus præfixum (quæ an & qualiter probanda vide q. 740.) vel ob promotum scienter inhabilem (cum idem sit inhabilem promoveri & neminem promoveri) ad aliós. Castr. tr. 13. d. 2. p. 34. num. 1. Lotter. l. 2. q. 24. num. 2. inducta ob utilitatem publicam , ne ecclesiæ maneant in suspenso. cit. c. nulla Fit devolutio evoluto semestri dato ad conferendum , vel ad præsentandum patrono ecclesiastico , vel quadrimetri dato patrone laico , vel mense respectu beneficiorum resignatorum juxta dicta. q. preced. computato hoc tempore à die notitiae vacationis. Quid non immutet naturam & statum beneficii , adeoque fiat cum onere , qualitatibus & conditionibus beneficio annexis ex prima ejus institutione & fundatione , vide apud me loc. cit. q. 743. ubi pro hoc citavi plures , & plura ex inde deduxi. Ad quos fiat devolutio , unde q. 745. ubi quid semper fiat ab inferiore ad superiorem , & hinc à Papa nunquam fiat. Ab Episcopo non ad Capitulum , saltem hodieum de consuetudine , eti olim fuerit contrarium , nimis ut ea fieret à Capitulo ad Episcopum , & è contra ab Episcopo ad Capitulum. Quod adhuc vigere , jure sic specialiter disponente ob magnam communicationem Episcopum inter & Capitulum , ait Pirk. b. t. num. 34. citans Abb. & Rebuff. intelligendo hoc ipsum de beneficiis spectantibus ad solum Episcopum jure proprio , & non devoluto. Item qualiter hæc devolutio fiat gradatim ad immediatum superiorem , & non per saltus seu intermedio superiore præterito excepto unico casu , de quo eadem q. 745. n. 2. in quo casu , dum is , ad quem facta devolutio , contulit indigne , collatio revertitur ad ordinarium collatorem q. 746. Et in specie , quid à Cardinale Episcopo , collatore ordinario , qui neglexit conferre intra lex menses , quod vacavit in mense Apostolico , fiat devolutio ad Metropolitanum. q. 749. item quid à Legato ad solum Papam. q. 750. à Capitulo & Episcopo , dum in exercitio simultanea collationis intra semestre non concordant , ad immediatum superiorem ; vel dum unus eorum negligit , vel inutiliter agit , jus totum ad consortem transfeat. q. 751. Item quid ab Episcopo non potente conferre ob suspensionem vel excommunicationem , eti alias non negligente , fiat devolutio , non ad Metropolitanum , nec ad Capitulum , nisi ubi beneficia sunt

sunt simultaneæ collationis , sed immediatè ad Papam , & Episcopo negligente petere absolutio-nem , ad immediatum superiorem . q. 752. Item à Vicario Episcopi conferente indigno non fiat ad Metropolitanum , sed ad Episcopum , nisi fortè is mandaverit tali conferre , aut talem collationem ratam habuit quæst. 753. Porrò in quibus bene-ficiis locum habeat vel non habeat devolutio , tractatum . quæst. 754. nimur quod locum ha-beat etiam in manualibus ibidem . num. 3. item in beneficiis regularibus seu spectantibus ad collato-res regulares , ita ut hæc devolventur ad Episco-pum , etiam dum Prælati collatores sunt exempti . ibidem num. 4. Item in beneficiis regularibus , hoc est , conventionalibus , ita tamen , ut si regu-lares exempti sint , fiat devolutio ad Papam , alias immediate ad Episcopum . Ego . ibidem num. 5. Item in electivis , & quæ sunt juris patronus laicalis . ibidem num. 6. E contra quod locum non habeat in reservatis ibidem n. 1. habeat tam-en in iis locum devolutio ad Papam , dum col-lator habens indultum ea conferendi . ibidem num. 8. Item , quod locum non habeat devolutio illa ad immediatum superiorem in beneficiis vacanti-bus in mensibus , spectantibus ad ordinarium . Vi-alternativa . ibidem num. 2. Item locum non ha-beat in Episcopatus ad immediatum superiorem . ibidem num. 7. Quando is , ad quem facta de-volutio , conferre debeat . quæst. 755. Quod is quoque mittere possit in possessionem , vel alte-ri , ut in faciat , præcipere . quæst. 748. Item quod is , ad quem facta devolutio , concedere possit facultatem conferendi beneficium illud devolutum inferiori collatori , à quo devolutum . quæst. 756. Ac denique qualiter beneficium devolutum impe-tretur ac provideatur à Papa . quæst. 758. vide quo-que hanc materiam devolutionis beneficiorum tra-ctatam à Pirh. b. t. à num. 33. ad num. 42. inclu-sive .

Quæst. 68. An beneficium necdum va-cans provideri possit?

R Esp. negativè juxta b. nulla b. t. Barbos. ibid. num. 1. cum communali , cùm enim titulus be-neficii si penes beneficiatum investitum , impos-sibile est , ut eo vivente à beneficio non remoto al-teri conferatur beneficium in titulum ; cùm ejus-dem ecclesiæ seu beneficii non possint esse duo in-titulati seu proprietarii . c. cùm non ignoret , c. iue-prabendis . Unde jam in specie Papæ non providet de vacatu (intellige per modum vacandi na-turalem seu per obitum , sed de vacante ; cùm tan-quam Princeps optimus , uti ex rescripto suo con-servari vult unicuique jus suum , ita etiam non in-tendit præbere cuiquam ansam captandi mortem alterius , eti non ignoret , si quando simpliciter pro-videat seu faciat gratiam de vacatu , id in-telligi sub conditione , seu postquam vacaverit . Lotter l. 3. quæst. 8. num. 2. & 3. Quod tamen etiam conferat non solum vacanta , sed etiam va-catura per modum vacandi civilem , puta , per sen-tentiam , per affectionem incompatibilis , per ma-trimonium , per ingressum in religionem , constat ex c. licet. de præb. in 6. ubi dicitur : beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum nofcatur Pontificem pertinere ; & quod non solum ipsa , cum vacant , potest de jure conferre , verū etiam jus ipsiis præbere vacaturis . Patet etiam ex

eo , quod potenti provideri de sic vacatu , den-tur litera de vacante , pro ut expedierit impetrant-i. Quod tamen ubi facit Papa , non procedit per viam juris communis , seu utendo potestate sua or-di-naria , & secundum jus commune regulata ; sed po-testate sua absoluta , seu plenitudine potestatis , quæ est supra jus positivum humanum , potest que in eo dispensare , pro ut dicitur c. proposuit b. t. & Barbos . ibidem num. 1. de cætero postle beneficium nondum vacans , seu vivente , adhuc beneficiato in proprietatem conferri , seu incorporari mona-sterio seu Prælatura ; cùm incorporatio non ne-cessariò secum ferat titulum in actu , sed tantum in habitu , quemadmodum sape ecclesia Paro-chialis ratione incorporationis pertinet ad Præla-turam monasterii quod ad habitum , & ad alium , nempe vicarium intitulatum , quod ad curam & ti-tulum actualē , dixi cit. quæst. 787. cum Laym. in c. consultationibus . De donat. num. 1. In quo tamen casu locus non est pacto de successione in beneficio , aut etiam ipsi successioni ex pacto cum beneficium illud secundum titulum principalem vacare non censeatur sed extinctum esse , ut Laym. loc. cit. citans seipsum . Th. mor. l. 4. tr. 2. c. 9. num. 2.

Quæst. 69. An beneficium non vacans , seu antequam vacet , promitti pos-sit?

R Esp. negativè. Estque talis promissio de bene-ficio vacaturo ipso jure irrita , nullamque pa-rit obligationem . c ex tenore c. nulla. b. t. ubi : nulla ecclesiastica ministeria seu etiam beneficia vel ecclæsia tribuantur alicui seu promittantur , ante-quam vacent , ne desiderare quis mortem proximi videatur , in cuius locum & beneficium se cedererit successorum ; cùm id in ipsis etiam legibus genti-um iuueniatur inhibitum , turpe est & divina ple-num animadversione judici , si locum in Ecclesia Dei future successoris exspectatio habeat , quam ipsi gentiles condemnare curarunt . Item ex c. de-testanda. b. t. in 6. ubi dicitur : malis hujusmodi & animarum periculis occurtere volentes , promissio-nes easdem aut alias quascunque sub quovis modo aut forma verborum de cætero facienda , per quas directe vel indirecte aperiri via valeat ad beneficia vacatura , autoritate Apostolica penitus reproba-mus , & omnino viribus vacamus , decernentes , per eas vel ipsarum aliquam ad providendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari . Confi-mantur haec juris canonici constitutiones per leges ci-viles . l. donari . §. donationem ff. de donat. l. ult. C. de pactis . Ubi promissio de hereditate vi-venti similisque pæctationes , tanquam bonis mori-bus adverantes , plenaque tristissimi & pericolosi eventus damnantur , & omni vi obligandi exu-n-tur . Idque , etiam si talis promissio beneficii data in scriptis , & in iudicio producta ; cum regulariter actus nullus per scripturam non evadat validus . Pirh. b. t. n. 6. cum Abb. Quin nec , ut idem , jura-mento confirmata , tanquam adjecto promissioni turpi . Unde etiam appellatio eorum , quibus promissa beneficia vacatura , dum illa , ubi va-cant , iis contra promissionem non conferuntur , tanquam frivola reiecitur , & ea non obstante , beneficia illa vacanta conferenda . Pirh. loc. cit. n. 8. juxta clarum textum c. relatum b. t. vide Lot-tar. l. 3. q. 8. n. 4. & me for. benef. p. 2. q. 787. n. 1. Porro .

Porro hæc prohibitus promissionis beneficij vacanti solùm respicit Episcopos aliosque Prælatos Papæ inferiores, (& inter hos quoque Legatum de latere juxta c. *dilectum filius. de præb.*) utpote non valentes dispensare in jure communi; & non ad Papam; quin is necessitate vel publica utilitate urgente, aut alia iusta de causa promittere possit beneficium vacaturum; cùm sit supra jus positivum humanum, ut dictum q. *præced.* Fagn. *in cit. c. nulla. b. t. num. 82.* Neque etiam contra hanc Pontificis potestatem objici potest, quod talis promissio, utpote involvens votum captanda mortis, repugnet juri naturali & divino; cùm tale votum non involvat formaliter aut causaliter, sed solum occasionaliter; ut cum Jo. And. *in c. propositus. b. t. num. 4. v. vacatura.* Pirk. *b. t. num. 5.* & cum Fagn. *loc. cit. n. 15.* Reiffenst. *b. t. n. 43.* Fuisseque tales promissiones de vacaturis factas à Pontificibus conflat ex c. *ne captanda.* & c. *authoritate.* *b. t. in 6.* quamvis post Tridentinum eas factas note Gonz. *ad Reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 60.*

Quæst. 70. Num ergo etiam prohibita promissio de aliquo beneficio vacantu in genere, sub hac verborum forma: conferam, cum potuero; vel cum occasio se obtulerit?

R Esp. Tametsi valuerit jure antiquo juxta c. *accedens. b. t. & Gl. ibid. v. in cap.*, quod ipsum pluribus ostendit Pirk. *b. t. à num. 10.* modo tamen ea non obligat vi juris recentioris, nimurum c. *deteriora. b. t. in 6.* per quod ob plurima incommoda & gravamina inde sequentia, de quibus *citatum Cap. expressè, revocatur, & omnes omnino promissiones, tam sub prædicta, quam sub alia quacunque forma conceptæ, per quas directè vel indirectè aperiri via valeat ad beneficia vacatura, authoritate Apostolica penitus reprobantur & cassantur, nullumque per tales promissiones obligari decernitur.* Vide Fagn. *l. c. Pirk. b. t. num. 13.* Non tamen per hanc constitutio nem prohibitum, fieri promissionem de præbenda recepto in Canonicum, si fiat sub dicta verborum forma: cum primum fieri poterit, vel facultas se obtulerit; fecus, si fiat simpliciter: *cum vacabit*, ait Pirk. *cit. num. 13. in fine, cum Gl. in cit. c. deteriora. v. indirecte.*

Quæst. 71. Quid ergo statuendum circa exspectativas?

1. R Esp. Exspectativa, de quibus agitur c. *propositus. b. t. & toto tit. cod. in 6. & Clem. unic. evd.* statuuntur ferè sequentia, de quibus egit in for. benef. p. 2. à quæst. 628. ad qu. 639. Quod sunt literæ Apostolicæ, in quibus mandatū locorum Ordinarii, huic vel illi clericō provideri de beneficio proximè vacatu. Azor. p. 2. L. 6. c. 32. quæst. 1. Occasionem iis dedit, quod olim Episcopi quidam abutentes potestate conferendi beneficia, præferrent indignos dignis, vel promotoes, præsertim à se ad Ordines, repellent à beneficiis. Unde Pontifices Ordinarii præcipere cæperunt, ut idoneis, præsertim ordinatis à se sine beneficio; quin & certo alicui à se nominato ob insignem vitæ integritatem & literaturam, vel ob collatum aliquod in ecclesiam meritum de beneficio providerent. Azor. *loc. cit.* Earum usus verisimiliter

non fuit ante annum 1150. Azor. *loc. cit.* copit circa tempora Alexand. III. qui anno 1198. init. Pontificatum. Lotter. *de re beneficiar. in apparat. num. 14.* Invalut sub Innoc. IV. qui creatus Papa anno 1244. usque adeo, ut diversæ exspectativa rum formulae conceptæ fuerint. Campeg. *tr. de reservar. benef. num. 10.* Continuatus fere ad Tridentinum usque, ut constat ex litteris decretalibus sub *tit. de rescript. de præb. de concess. præbend.* Sublatus dein in Germania per *Concord. German.* facta ordinariis collatoribus à Papæ promissione de non gravando illos in alternis mensibus quò ad beneficiorum collationem. Ac denum generaliter à Trident. *Sess. 24. c. 19.* & *Sess. 25. c. 7.* dum statuit nulli omnino impropterum quovis colore quæfito eas concedendas, & haec tenus concessas non valere. Barbos. *jur. eccles. l. 3. c. 13. n. 10.* Zypæus *Jur. Pontif. l. 3. ad b. t. num. 1.* Lotter. *loc. cit. n. 16.* Unde, ut idem, vi hujus decreti Trid. evanuerunt memoratae Decretales & ingentia DD. super exspectativis commentaria. Porro ex hac abrogatione universalis colligi posse, erigi non posse Canoniciatum supernumerarium, ad futuram præbendam juxta declarat. S. Cong. Concil. ait Gonz. *ad reg. 8. in proem. §. 1. num. 64.* apud Barbos. & Zyp. *LL. cit.* de quo expressius quæst. seq. quamvis Garc. *p. 1. c. 1. n. 5.* apud Zyp. *loc. cit.* dicat, non tolli per hoc decretum confitendum titulorum Canonicorum exspectantium præbendam, uti nec consuetudinem immemoriam, quā eligi solent aliqui Canonici, quibus demum cedar præbenda primò vacatura, præsertim, si inter exspectantes non senior alium ex ordine, sed magis idoneus eligi solet. Extendere se etiam hoc decretum ad reservationes intentiales (quales dicebantur, dum Papa reservabat beneficium vel in specie vel in genere per Bullam vel Breve, ut personæ grata provideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat,) habent Barbos. & Zyp. *LL. cit.* & apud illos Gonz. *loc. cit. num. 67.* An vero se extendat ad indulta conceila Universitatibus & Collegiis, vide apud me, *loc. cit. quæst. 630. n. 2.* illud certum, decretum illud ab solutè non removere Coadjutorias cum futura successione, et si & hæ rationem exspectativæ, seu talis gratia prævenientis vacationem habeant. Lotter. *l. 2. qu. 25. num. 6.* & pater ex quotidiana præxi Pontificum concedendi illas. De cætero indubitatum est, posse Papam ex plenitudine potestatis, quā est supra Concilium, derogare hodiendum adhuc isti decreto Concilii, utpote quæ nec in minimo per illud diminuta aut restricta. Lotter. *loc. cit. num. 4.* C. de Luca *ad Trid. d. 45. num. 1.* quin & in Lotter. *num. 3.* ea concessio habere potest summanu honestatem fundatam in utilitate judicio Papæ expensa & estimata ex meritis persona, cui talis gratia fit. Quamvis in utenda hac plenitudine potestatis & jure suo post Tridentinum Pontifices admodum rari sint, ut etiam ab istiusmodi gratiis abstinuerint. Lotter. *loc. cit. num. 5.* C. de Luca, *loc. cit.* vide me *loc. cit. p. 2. quæst. 631.* Ubi vero conceditur talis exspectativa, ante acceptationem illius (quæ eget expressa declaratione exspectantis, nec aliter præsumitur,) nullum pro�us jus considerabile ei confert. Post acceptationem etiam jus aliud ei non quaritur præter jus simplex implorandi officium Judicis, secundum Gl. *in c. ve- niens. de renunc. v. renunciasse;* apud Lotter. *loc. cit. num. 76.* quod jus non censeatur præservatum ob modicum præjudicium, quod inde fit

R. P. Leur. *Jur. Can. Lib. III.*

F

exspe

Exspectanti, utpote cuius gratia tunc non consumitur ut Rota. decis. 17. de prebend in noviss. apud Lott. num. 77 qui hæc ipsa tener. num. 82. dum exspectativa conceditur in forma simplicis mandati de providendo; dum nimurum Papa mandat certis executoribus, ut provideant impetranti de beneficio vacaturo, quod is duxerit acceptandum. Idem tenere videtur. Laym. ad c. ad audienciam. de rescript. num. 1. dum ait: habens gratiam exspectativam, eo ipso, quod propositus non est, non habet jus ad beneficium nisi remoter contrarium sentientibus Chok. de permot. benef. c. 1. num. 4. Paris. l. 2. q. 23. num. 15. & alii apud Lotter. num. 78. nimurum per acceptationem exspectativæ acquiri jus ad rem. Vide de hoc dicta à me. de primariis. precibus. Quod si tamen exspectativa concessa in forma simplicis provisionis; dum nimurum providerit Papa alicui de beneficio vacaturo, quod decernit acceptandum cum clausula: pro nunc. pro ut ex tunc. quo casu esti constituti executores, gratia tamen dicitur perfecta, nec revocatur morte concedentis, in eo, inquam, casu illico, ut exspectans acceptavit, licet nec dum videatur habere titulum, dicitur tamen ei jus quæsitum in re vigore dictæ clausulæ retroactivæ, quæ, acceptione secuta, trahit gratiam ad tempus datæ, ut Lotter. n. 80. citatis alii.

2. Denique exspirat exspectativa primò per renunciationem illius. Posse enim illam resignari simpliciter, non tamen in favorem (uti nec permotari potest cum beneficio, & nequidem cum jure ad illud propriè. De quo vide me. p. 2. q. 636.) ut AA. communius Laym. loc. paizo post euand. Paris. l. 2. q. 23. num. 14. & 15. citans alios. Idque sine autoritate superioris. Laym. Paris. LL. cit. vide me. p. 2. q. 636. Secundò per hoc, quod exspectans si assequatur beneficium incompatible cum eo, ad quod habet exspectationem ejusque pacificam possessionem. c. si pauper. de prebend. in 6. Laym. in c. ad audienciam. de rescript. num. 1. Paris. l. 1. q. 1. num. 19. juncto. num. 10. citans alios. Tertiò morte concedentis, nempe in forma simplicis mandati, fecus ac accidit, dum is mandat conferri vacans. Item fecus, ac accidit, dum conceditur in forma simplicis provisionis. De quo vide me. l. c. q. 637. num. 2. Suntque hæc fere principaliora, quæ de exspectativis queri possunt. De reliquis vide me. l. c. nimurum ad qua beneficia se extendant exspectativæ, q. 633. an, dum non sortita effectum quo ad primum vacans capiat secundò vacans, q. 634. quæ ex pluribus exspectativis concurrentibus preferenda. q. 635. quando exspectativa censeatur irrita. q. 638. Vide quoque plura de istiusmodi mandatis ad providendum de vacaturis apud Pirc. b. t. num. 43.

Quæst. 73. An & qualiter non obstantibus dictis de exspectativis, recipi possint Canonicī supernumerarii cum exspectatione future prebendæ?

1. **R**Esp. Primò: receptionem istiusmodi Canonicorum carentium ad aliquot annos prebenda, eamque primò vacaturam exspectiam fieri posse, suadet praxis & consuetudo plurium Ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, & sumiturque ex pluribus textibus Juris canonici,

in quibus id factum perhibetur; nec à Pontifice reprehobatum, sed potius approbatum, aut etiam iustum talibus provideri ex fructibus extremitibus de præbenda, quamprimum se occasio obtulerit, seu primo vacatura. ut c. cum M. de const. c. relatum. c. dilectus. de præb. c. cum super. b. t. vide Fagn. in cit. c. dilectus.

2. **R**esp. Secundò: valere talem receptionem purè & simpliciter factam, eti cum intentione, ut receptus habeat præbendam primò vacaturam, extra dubium est; ut cum Gl. in c. cum M. v. ad vacaturas præbendas. Abb. ibid. num. 28. & 29. Fagn. num. 58. talis enim receptione nec promissionem beneficij (utpote quod non promittit, sed actu conseritur) aut etiam promissionem vacaturam præbendæ; non contineat cum eo ipso, quod Canonia conferatur purè & simpliciter, conferatur sine pacto seu promissione ipsius præbendæ. His non obstante, quod Canonicō supernumerario recepto debeat conferri præbenda, quam primum vacaverit, seu ex crescentibus fructibus, occasio se obtulerit; cum ea debita non sit ratione promissionis alicuius (qua si interveniret in continentis receptionis in Canonicum, vel etiam ex post facto, nullius esset roboris, eti receptio ipsa in Canonicum seu ad Canonicam, quæ quid distinctum est & separabile à præbenda, subsistat. Gl. in c. defensanda. b. t. in 6. v. indirecte. Fagn. in. cum M. a. num. 59. citans alios) sed ratione Canonicatus jam obtenti, seu ex vi connexionis, quam habet Canonia cum præbenda, jure sic disponente; cum, ut dicitur cit. c. dilectus filius, videatur indignum, ut receptione in Canonicum præbendæ beneficio fraudetur. Gl. in c. 2. b. t. v. indirecte. Fagn. l. c. num. 63. Neque hujus contrarium infertur ex eo, quod quidquid de jure communi inest tacitè (qualiter receptioni in Canonicum tacitè inest debitum conferendi præbendam vacaturam) illius etiam expresa promissio sit valida; cum sapientia expressa nocent, non expressa non nocent, juxta Reg. expressa. ff. de Reg. juris. & sic in praesente, si promissio præbendæ hat expressè, est invalida ob resistentiam juris tale pactum, utpote inducens vocum captanda mortis, reprobantis c. nulla. b. t. quale quia non includit intentio conferendi præbendam; quia ea non est promissio, nec fundata necessario in promissione, sed in lege obligante ad conferendam præbendam, receptione in Canonicum non impedit, quo minus ipsa receptione facta simpliciter sit valida; atque ita intendere seu velle conferre præbendam primò vacaturam, & promittere illam esse longè diversa, patet ex eo, quod Episcopus aut Capitulum præterito Canonicō supernumerario recepto, conferret præbendam proximè vacantem alteri, ageret quidem illicitè, utpote contra dispositionem juris communis, reputantis indignum & incongruum, ut receptus in Canonicum careat præbendā, non tamen conferret invalidē. Arg. c. si soli. b. t. in 6. juncta Gl. v. firmitatem. nec etiam peccaret contra iustitiam; cum nullibi in jure habeatur, quod ex tali receptione alicui recepto in Canonicum jus ad vacaturam præbendam acquiratur; sed nec Capitulum recipiens jus tale dare possit, sed solus Papa. Adeoque etiam receptus neque ut promissarius, neque cui aliter jus ad præbendam primò vacaturam compereret, actionem ullam haberet contra alium, cui præbenda illa jam vacans se invito conferretur, isque eam possideret. Innoc.

in c. inter cetera, de præb. circa finem. Jo. And. in c. cum M. de constit. num. 11. Fagn. ibid. num. 62. § 63. Sed neque ex eo conficitur promissionem factam ab Episcopo de vacatura proxime præbenda esse validam, & obtinere vim obligandi, quod c. relatum, de præb. Papa sic rescribat Episcoporum ei præbendam si qua nunc vacat, vel cum ibi primò vacaverit, secundum promissionem tuam concedas liberaliter: quam promissionem Gl. ibid. v. in promissis. ait valere, nam glossam illam esse contra communem opinionem, à qua non sit recedendum, ait Fagn. l.c. num. 59. et si autem Papa mandet ei conferti præbendam juxta promissionem, non tamen id facit, quia jus aliquod recepto in Canonicum per eam qualitatem, sed ad majorem aggravationem Episcopi recusantis illi conferte præbendam, ponderat illam promissionem, ut notant. Abb. in c. dilectus filius de præb. num. 5. & Fagn. ubi ante num. 62. apud Reiffenst. b. t. n. 84. de cetero an & qualiter talis Canonicus supernumerarius ante obtentam præbendam habeat stallum in choro, vocem in Capitulo, & distributiones quotidianas recipiat. Vide apud eundem Reiffenst. a num. 85.

Quest. 73. An Episcopus aliusve collator ordinarius delegare seu concedere possit alteri facultatem conferendi beneficium proxime vacaturum?

R Esp. Tametsi, postquam vacat beneficium, collator ordinarius possit alteri conferre potestatem conferendi illud, ut cum communi Pith. b. t. num. 9. licet etiam Vicario suo generali Episcopus possit committere facultatem conferendi beneficia vacatura sive per obitum, sive resignationis altavè de causa; tum quia Vicarius est persona qualificata, tum quia constituit unum cum Episcopo tribunal Castrop. tr. 13. d. 3. p. 5. num. 3. Non potest tamen eidem, multoque minus alteri persona singulari seu privatae (utpote cui nequidem omnium beneficiorum vacaturorum in genere collationem committere potest, juxta c. deliberatione, §. probibemus. de off. leg. in 6. & Castrop. l.c. Garc. p. 1. c. 1. num. 9. &c.) committere collationem respectu tertii beneficii vacaturi, aut respectu certæ personæ juxta. c. constitutus. b. t. & Abb. ibidem num. 5. Laym. in c. 3. de off. Vicar. in 6. num. 3. posset enim quis tertius abuti hac facul-

tate in fraudem Concilii Lateran; dum nimis quis certum beneficium obtinere volens, tubornare posset amicum, ut impetraret ab Episcopo facultatem illud beneficium, cum vacaret, conferendi, & sic spe freus, quod amicus illud sibi esset collaturus, posset captare & machinare mortem beneficiato, cui ipse succederet. Pith. l.c. cum Abb. l.c. n. 3. Porro qualiter à patrono cuique concedi poslit facultas nominandi seu præsentandi ad vacatura illius juri patronatus subiecta, vel etiam ad unicum, cuius solius esset patronus, vide apud Castropalaum. & apud me. for. benef. p. 2. ubi actum de potestate patroni & præsentatione.

Quest. 74. Quæ sunt pœna patientis si bi provideri de beneficio nequidum vacante?

R Esp. Primo: non solum collatio beneficij nequidum vacantis est irrita, sed etiam, qui scienter illam acceperavit, seu permisit se in eo institui, in pœnam hujus sue temeritatis, non potest deinceps, ubi vacaverit, sine Apostolica dispensatione obtinere, sicut, vivente marito contraxit cum ejus uxore matrimonium de facto, non potest, etiam eo mortuo eam ducere juxta. c. fin. de eo qui duxit in uxori. & si si impetrat beneficium illud à Papa, non facta mentione prioris intrusiovis & illegitimæ institutionis sue, vi cuius inhabilis redditus ad illud beneficium obtainendum, provisio illa Apostolica non valeat tanquam subrepititia. Abb. in c. 1. b. t. num. 3. Pith. b. t. num. 3. Arg. c. super literis. & c. postulati. de rescrip. Secus est, seu valet ea provisio in hoc casu, si facta motu proprio. Wiestn. b. t. num. 9. Arg. c. si motu. de præb. Altera pœna illius est, quod ab ecclesiastica communione (hoc est, participacione corporis & sanguinis domini) si removendus, pro ut statuit. c. 1. b. t. junctâ Gl. v. communione. & insuper deponendus juxta. c. cum qui. 7. q. 1. Gl. in cit. c. 1. v. pellendi. Barbos. ibid. num. 1. citans plures alios. Excusat tamen ab his pœnis, qui famam percrebrente de morte, beneficium viventis impetravit. Barbos, l. c. num. 2. cum Maseard, de prob. concl. 1070. num. 2. Sed neque haec pœna extendenda ad cum, qui succedit in beneficio viventis iustâ causâ ab eo depositi. Gl. fin. in cit. c. 1.

TITULUS IX.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Titulum hunc à me ex professo explanatum speciali tractatu: *de Capitulo Sede vacante* vide in *Vicario Episcopali*. a q. 445. ad q. 620. quorum hic breve compendium do. Unde sit

Quest. 75. An & qualiter administratio & jurisdictione Episcopalis transcat ad Capitalum Sede vacante?

R Esp. Penes Capitulum Cathedrale Sede vacante, tam propriè, hoc est, sive per mortem, sive per renunciationem, R.P. Lestr. Jur. Can. Lib. III.

sive translationem Episcopi, quam impropriè, seu quasi vacante, nimis Episcopo in captivitatem redacto, aut in remotis degente, nullo reliquo Vicario, est administratio & jurisdictione veluti ejus successorem vide me. l.c. q. 447. quod